dit · Unde recte subdit · Quod est uerum & in
ipso & in uob · quoniam tenebrę transierunt ·
& lumen uerum iam lucet · Ecce unde nouum ·
Quia tenebrę aduetere hominem · lux
uero ad nouum hominem pertinet · Qui dicit se in luce esse · & fratrem suum odit in te
nebris est usque adhuc · Dominus praecepit diligere
inimicos · qui ergo dicit se esse xpianum · & fratrem
suum odit · in peccatis est usque adhuc · Et bene
addidit · usque adhuc · Quia nimirum omnes ho
mines in tenebris nascuntur uiciorum · in tene
bris manent omnes · donec gratia baptismi per xpm
inluminentur · Sed & is qui cum hodie frater accedit
ad fontem uitę · quo renascatur ad potum sangui
nis preciosi quo redimatur · & si se inluminatum
a domino estimat · in tenebris est usque adhuc

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. p.%20210 – Beda in epistolas canonicas (http://www.e-codices.ch/en/csg/0262/p.%20210)